



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

S. Firmina V. & M. 24. Novembris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

736 VITÆ SANCTORUM. 24. Nov.  
ret, se his exueret. Talis Angelo bono  
adhortante patriam fugit, & cælesti dis-  
ciplinâ amplius erudiendus concessit  
ad Tungrensem Episcopum Remaculum.  
Profectum cælestes in vitâ radii, à morte  
odor & prodigia alia complura prodie-  
runt, ex quibus illud memorabile im-  
pris est, quòd cognatum, qui contra vo-  
ta cælo facta in thalamum sponsam indu-  
xit, virgâ castigavit per somnum, clau-  
dumque reddidit adulterum Amorem  
patri suo deinceps Vulcano in hoc simi-  
lem. *Ex Surio.*

*Beatus qui puris cordis oculis Deum  
semper intuetur, quique bonis ac honestis  
colloquiis delectatur, & à pravis ac turpi-  
bus, quæ bonos mores corrumpunt, abhor-  
ret; quoniam minimè fiet diaboli manci-  
pium. S. Ephrem de Vita spirit.*

S. FIRMINA V. & M. 24. Novembris.

**I**Terum ecce terra astris nubet: iterum  
dos sanguis virgo, & arrha cælum est:  
iterum Cælites sunt paranymphe. No-  
men si nosse sponsæ cupis, FIRMINA  
est, Calphurnii Urbi Præfecti filia, &  
digna tam magnâ fortunâ; quæ ut amo-  
ribus tam castis liberiùs vacaret, dese-  
ruit Urbem, & Ameriam habitavit. Sed  
ubique castitas insidias incurrit; una ti-  
bi tota vita lucta est. Invidet Christo  
sponsam suam homo Olympius, cui  
Ame-

Ameria præfectura tunc erat demandata, ad cœnam & nuptias invitat, renuentem thalamo includit adulter procus. Quid ageret captiva Christi nupta? precibus pugnat; cælum miraculis. Etenim cum Olympius jam in exosa amoris vincula manus fringeret, obriguere consuevit hæc, dum castitati victas daret, & Christianam fidem cum totâ familiâ (centum erant & quinquaginta) amplecteretur, cuius pulchritudinem ingens, quod è cælo affulsit, lumen attonitis ostendit. Et jam ecce primus pro castitate & fide Olympius occumbit, ex Christi rivali paronymphus factus, habuitque socium tormentorem non absimili miraculo sociatum. Sic præeuntem non invita jam secuta est FIRMINA. Viam flagra stravere verberaque, & quas inter expiravit, faces lateri admotæ. Itaque has etiam rectè nuptiales fuisse dicemus. *Ex Ferrar.*

*Melius est habere malorum divortium, quam consortium; quia sicut bona multa habet laudabilis vita & conversatio sanctorum, sic plurima mala societas affert malorum, quam quicumque tenuerit, continentiam numquam tenere valebit. S. Laur. Iust. Lign. vit. c. 5.*